



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit Professio religiosa, & quotuplex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

juxta præscriptum Tridentini factam irrevocabilem quidem esse, validam tamen non fore, si professio, & quidem valida, non sequatur, & consequenter si moriatur talis novitius ante professionem; vel si professionem quidem faciat, hæc tamen ob defectum aliquem invalida sit, vel si factâ quidem legitime renuntiatione, ante professionem tamen ad sæculum ex religione egrediatur, nulla erit facta renuntiatione, sed bona taliter renuntiata, vel ad novitium egredientem redibunt, vel ad hæredes ab intestato in casu mortui ante professionem validam novitij pervenient: expressè enim Tridentinum ad validam talem renuntiationem requirit, professionem esse secutam, ut libertati novitij, quam habet ad egrediendum, usque dum fecit professionem, sit semper consultum (neque tamen sua probabilitas illi etiam sententiæ negari potest, quæ vult validam fore renuntiationem, si post eam legitime factam, ante professionem talem enisiam moriatur novitius, cum in tali casu libertati novitij nihil adimatur, sed potius animæ illius bono, per piam talem dispositionem factam, consulatur. Quod autem irrevocabilis hæc sit (si velit tamen hic in religione permanere) ex eo probatur, quod donationes conditionales, qualis hæc est, dependens à conditione futuræ professionis, pendente conditione sint irrevocabiles, ne spes sua alteri adimatur, si conditio postmodum impletur.

❖(o)❖

SECTIO III.

De Professione religioſa

I.

Quid sit Professio religioſa, quomplex.

**R**eligioſa Professio generaliter dicitur, et loquendo, rectè dicitur, *Etus religioſus & sacer, per quem honorantur se tradidit Deo; in religioſa vita, quoad certum modum, & institutum vivendi, & quidem sub voto paupertatis, castitatis, & obedientiæ, idque interveniente scilicet acceptatione, qui dicitur in nomine Dei acceptat. Si rectè vero dicitur professio est illa, quæ fit dicto modo, per ea tamen solemnia, omnino ad irrevocabilitatem ex utraque parte, hæc professio duplex esse potest, una, quæ fit verbo, vel scripto, & que modo, tacita altera, quæ fit corde, & scriptura, unum aliquot, plures etiam actus, professionem proprios, exercendo.*

§. II.

Qua forma, seu modo Professio pressa fieri possit aut debeat.

**F**ieri eam posse, non tantum prout regulariter fit, aut scriptura, sed alijs etiam nutibus & signis, & traditionem personæ profiteatur, & c. ciffim acceptationem religioſam